



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs Illvstratvs

Bessel, Friedrich  
Reinhard, Johann Friedrich

Helmeftadii, 1667

Animadversiones Ad Cap. XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10996**

pturam reddidi: effigiandis literis assuesceret. Vocis usus frequens Prudentio, adhibitus etiam Ammiano lib. xiv. p. 12. edit. Vales. Iſo Magister Glossis in Prudent. Hym. x. v. 4. Effigiaſti, ſinxisti.

## C A P. XXVI.

\* Duo hæc  
verba ab-  
ſunt à MS.

\* MS. qua-  
ad.

\* MS. cu-  
rabatque  
magnepe-  
re.

**R**eligionem Christianam quâ ab infantia fuerat imbutus, sanctissimè, & cum summâ pietate \* ac veneratione coluit, ac propter hoc miræ pulcritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit, auroque & argento & luminaribus, atque ex ære solido cancellis & januis ornavit. † Ad cuius structuram cum columnas & marmora aliunde habere non posset, Româ atque Ravennâ devehenda curavit. † Ecclesiam mane & vesperi, nocturnis item horis & sacrificii tempore, \* quando eum valetudo permiserat, impigrè frequentabat: \* curabatque, ut omnia quæ in eâ gerebantur, cum quam maximâ fierent honestate, ædituos creberimè commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferre aut in eâ remanere permitterent. † Sacrorum vasorum ex argento & auro, vestimentorumque sacerdotalium tantam in eo copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne janitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset † Legendi atque psallendi disciplinam diligentissimè emendavit: erat enim utriusque admodum eruditus: quanquam ipse nec publicè legeret, nec nisi submissè & in commune cantaret.

## ANIMADVERSIONES

## AD CAP. XXVI.

**R**eligionem Christianam quâ ab infantia fuerat imbutus.) Repetit hæc verba Marianus Scotus ad ann. 808. Et facile ardor ejus cognosci potest ex eò, quod non solum vulgatam Bibliorum versionem per Alcuinum emendavit, ut Sigebertus ad ann. 790. & post eum ex Capitularibus probat Cæsar Baronius ad ann. 778. sed etiam quod quatuor Evangelistas ante obitum suum, ipse cum Græcis & Syris optimè correxerit, testante Thegano



gano cap. 7. Nam quod per manum Pauli Diaconi lectiones Festivitatum, per circulum anni in Ecclesia legendas, compilarit, Sigebertus ann. 807. notavit: quod *Vitas Sanctorum Martyrum* hinc inde collegerit, & colligi jufferit, *Chronicon Magnum Pistorii*, ex Vincentii Speculo describit, consentiente Cranzio lib. 11. *Saxon. cap. 9.* Extat hodiernum *Ussardi*, Monachi Benedictini, Alcuini Discipuli, *Martyrologium*, Carolo M. inscriptum, & ejus jussu editum; quod cum Neotericis annumeravit Georg. Wicelius *præfat. Hagiologii*, industriæ suæ non parvam adspersit maculam.

*Ne janitoribus quidem, qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt.*) Ultimos Ecclesiastici ordinis fuisse janitores, ut etiam nunc sunt custodes, probat Barthius *Animadvers. ad lib. 1. Statii Sylva 2. v. 35. p. 53.* Verba Nostri exscripsit Sigebertus ad ann. 795.

*Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit*] Quantum Veteres sono vocum distincto studuerint, vel illud argumento est, quod *phonaeco* sedulam dederint operam, teste etiam de *Augusto* Suetonio cap. 84. Cæterum de *missaticis cantionibus* & officio *Ambrosiano* à Carolo correctis, prolixè Sigebertus ad ann. 774. & 790. *Gobelinus Persona etat. 6. Cosmodrom. cap. 40. p. 193.* *Guilelmus Durandus lib. v. Rational. Divin. offic. cap. 2.* *Frid. Lindenbrogius, Glossar. LL. Antiq. fol. 1369.* & *Goldastus in Ekkehardi junioris casus p. 114. tom. 1. Rer. Alamannic.*

## CAP. XXVII.

1. **C**irca pauperes sustentandos, & gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemosynam vocant, devotissimus, \* quam non in patriâ suâ solùm & in suo regno facere curaverit: verùm trans maria & Syriam, & Ægyptum, atque Africam, Hierosolymas, Alexandriam atque Carthaginem, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penuriæ eorum compatiens, pecuniam mittere solebat: ob hoc maxime \* transmarinorum regum amicitiam expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret.
2. † Colebat præ cæteris sacris & venerabilibus locis apud Romam Ecclesiam B. Petri Apostoli, in cujus donaria magna vis pectinæ \* tam atrii quam argenti, nec non & gemmarum, ab illo congesta est: multa & innumera pontificibus gemmis.

\* MS. Flor.  
ut qui non  
in patria  
solum, sed  
in suo re-  
gno id fa-  
cere.

\* MS. trās  
maritimo-  
rum.

\* MS. Et  
tam in au-  
ro, quam  
in argento,  
nec non &  
gemmis.